



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

25 Ambrosius nondum baptizatus fuit electus Episcopus Mediolani.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

- Tacit. lib. 2. & quod Gentiles, qui deos ligneos, & lapideos colebant, tamen eorum sacerdotibus honorem maximum tribuerent, probat tex. in cap. Sacerdotibus, §. ante eum, 11. quæst. 1. & Petr. Ribad. tract. de Relig. cap. 35 in princ. ubi præmissa, & alia plura Gentilium exempla videbile sunt.
- 20 Constantinus Imperator tantum tribuit sacerdotibus, ut cum primæ generali Synodo, quæ apud Nicæam fuerat congregata, presideret (ante eam enim non fuerant generales Synodi congregatae, ut tenet glo. fin. in cap. futuram. 12, qu. 1.) cum querelam quorundam clericorum consiperet coram se deferendam, ait: Vos à nemine judicari potestis, quia solus Dei iudicio reservamini; Dii enim vocati estis, & siccirò non potestis ab hominibus judicari, eo. cap. futuram, §. ibidem verd.
- 21 Valentinianus item † Imperator mortuo Auxentio Arianæ perfid & magistro, qui Mediolanensem Ecclesiam ut lupus dilaniaverat, cum veller, Deo ordinante, ibi Episcopum consecrare, Episcopos vocans, illis inquit: Nostis aperte, divinis eloquias eruditæ, qualem oporteat esse Pontificem, & quia nos decet, cum verbo solo, sed etiam conversatione, gubernare subiectos, & totius seruicii p[ro]m[oti]vum imitatem virtutis ostendere, testemq; doctrinæ conversationem bonam habere, † talem in Pontificali constituite sede, cui & nos, qui gubernamus imperium, sincerè nostra capita submittamus, & ejus monita, dum tamenquam homines delinquimus, veluti curantis medicamina, suscipiamus. Cui cum synodus dixisset, ut magis ipse decerneret, sapiens & pius existens Imperator ipse ait: Super vos est talis electio, vos enim gratia divina potiti, & illo splendore fulgentes, melius poteritis eligere. Cum autem tunc sacerdotes egressi de Episcopali sede tractarent, & ordinatione divina electus fuisset Ambrosius nondum baptizatus, † exultans Imperator ait: Gratias ago tibi Domine omnipotens, & Salvator noster, quoniam huic viro ego quidem commiseram corpora, tu autem animas, & meam sententiam ostendisti justitiae tuae convenire. Ambrosium vero, qui de sua electione contristabatur, confortavit, illi dicendo: Noli timere, quia Deus, qui te elegit, semper te adjuvabit, & ego adiutor tuus, (ut meum ordinem decet) semper existam, ut in h[ab]ilitate eccl. tripar. li. 7. & in c. Valentianus, 63 dist.
- Maxime igitur Imperatores, Reges, & alios Principes Christianos ipsius Valentiniani Imperatoris p[re]fissimi imitatores esse decet, ne precipue ad regimen ecclesiarum cathedralium imperitis, ant[ea] alias minus habili bus faveant: nec ad cathedrales quibus ex fundatione, vel Sedis Apostolicæ indulto illis personas idoneas nominandi, vel eligendi jas competit: personas legitimis requisitus carentes nominent, eligerent, vel 24 præsentent; † quoniam integritas praesidentium salutis est subditorum, cap. inter corporalia, de translatione Episcop. & Concil. Trident. cap. 1, circa princip. de refor. seß. 6.
- 23 Cùm enim ecclesiæ regimē onus sit angelicis humeris formidandum, in vigilare debent principes, ut per ipsos nominādi, & prædicādi digni sint, quorumq; prior vita, & omnis ætas à puerilib. exordiis usque ad perfectiores annos per disciplinæ ecclesiasticae stipedia laudabilites acta testimonian-

N 3

præ-



præbeat, ut secundum venerabiles beatorum patrum sanctiones assumantur. ut c. in sacerdotibus. c. Episcoporum &c. distinctione. cap. sua. 59. dist. & Concil. Trident. d. cap. 1. 29. S. ingratias enim. talesque sint quibus. & ipsi qui temporalia gubernant. sincere sua capita submittere. & ejus monita tunc suscipere possint. ut d. cap. Valentinianus. ante med. 63. dist.

Nec indignari debent Episcopis subiacere. & eorum monita suscipere. t. quoniam Reges. & Principes Archiepiscopis. & Episcopis suis reverenter assurge-re. caput inclinare. & eis apud se venerabilem sedem. debent assignare. d. cap. Valentianus. capit. solita. S. hæc autem. & ibi gl. in ver. affurgant. & in ver. venerabilem. & Abb. num. 7. de majo. & obed. non autem negatur. quin præcellat Imperator in temporalibus illos duntaxat sui generis. 30 qui ab eo recipiunt temporalia. sed Pontifex antecellit in spiritualibus. qua tanto sunt temporalibus digniora. quanto anima præfertur corpori. & tanto est Pontificalis dignitas Regia major. quanto major est Sol Luna. d. cap. solite. vers. quod au-tem. & vers. sed illa. & est septuages septies Pontificalis dignitas major Regali. ut ibi per glo. in ver. inter solem. de major. & obed. Deus enim constituit sacerdotes super gentes. & Regina. ut evellant. dissident. edificent. & plantent. Hier. cap. 1. d. 31 cap. solite. S. potuisse. & ibi Abb. nu. 5.

28. t. Nam sacerdotes Christi. Regum. & Principum omniumque fidelium patres. & magister censeri. nemo potest dubitate. ut scripsit Gregor. in Epist. in Hermannum Episcopum Metensem relatus in e. quis dubitet 96. dist. & sunt Reges. se. & alios in virtutibus regentes. qui in Deo Re-

gum habent. quod designat corona; quam in capite gerunt. ut cap. duo sunt. 12. qu. 1. & c. unico. S. quia verò. de sacr. un. 29.

Alexander enim t. ille magnus. dum ad destructionem Hyerusalem pergeret. summum sacerdotem. qui ut illum exciperet. ei Pontificio ornatu induitus occurrit. genibus flexis adoravit. Et Parmenioni ejusdem familiari interroganti. quare illi viro ita se humiliaverit. respon-dit: Non hominem adoravi. sed Deum. cuius est sacerdos. Joseph. de antiqu. l. II. cap. 8. & August. de civitate Dei. l. 18. c. 45. Si enim gentiles in maxima veneratione sacerdotes habebant. multò magis Principes Christiani illis debitum honorem. & reverentiam praestare tenentur. arg. text. in d. cap. Sacerdotibus. S. ante eum. II. quast. 1.

t. Nam ab auctoritate. quæ procedit. etiam ab exemplis paganorum arguere licet. ut cap. quasta. ubi Archid. 13. quast. 2. & d. 8. ante eum. ubi Dominicum 11. q. 1.

Quodque Principes Christiani cum ecclesiæ ministris reverenter. & favorabiliter se gerere debeant. prædictis. & aliis pluribus exemplis probat Petr. Ribaden. in eodem tract. de relig. 1. cap. 35. per tot. & contras facientes sapient. Dei judicio gravibus plectuntur poe. iis. ut de sc̄vientibus contra Joann. Chriſt. infra patebit.

31. Jo. Chrysostomus t. in exilium pulsus. quæ n celso animo illud pertulerit. ejus epistola ad Ciriacum data testatur. ubi ita inquit: Etenim ego cum è civitate fugarer. nihil horum curabam. sed dicebam intra memet ipsum. si quidè vult me Regina exulem. agat in exilium. Domini est terra. & plenitudo ejus; & si vult secare. fecet: idem passus est Iſaias. subscriptat illi: